

requisitos. Sed fallitur, quia repugnant omnia iuris principia, quæ docent, meros executores nullo modo posse admittere, nec cognoscere de qualibet exceptione, vt hætenus hoc c. & c. seq. diximus. Et quia omnes hi Doctores loquuntur limitatè in iudice requisito de æquitate, & speciali ratione, scilicet, quia frequentius iudex requirens longè degit, vbi non ita facilè adiri potest absque magna iniuria oppositoris. Quæ ratio non militat in nuntio, qui intra territorium iudicis, sententiam ferentis, exequitur, quia facilis patet aditus; & ita tenendum est constanter ex hucusque dictis in hoc cap. & sequenti circa quæ vide etiam infra c. 7. à n. 41. cum seqq. & ibi dicta limita, vt in hoc casu speciali.

CAPVT VII.

Ab executore reiiciende legitimæ exceptiones executorialium executioni oppositas, & admittendas, seu etiam admittende reiiciendas; an, & quando appellationi interiectæ vim faciat non deferens, vt qualiter excedat, cognoscatur.

S V M M A R I V M.

Exceptiones executorialium executioni conuenientes legitime dicuntur, & vt soluta admittenda. n. 1.
 Legitimum dicitur, quod à lege recipitur, & approbatur. n. 2.
 Exceptiones dicuntur non legitime, quæ à lege reprobantur. n. 3.
 Executor excedit, non admittens legitimæ exceptiones executionis nature congruas. n. 4.
 Ab executore non admittente legitimæ exceptiones tanquam excedente, appellatio habet vtrumque effectum. n. 5.
 Quod idem locum habet in executione instrumenti guarantee, quia parificatur à iure. num. 6.
 A reiectione exceptionis in executione incidentis appellatio est necessaria, aliàs transit in rem iudicatam. num. 7.
 Executor literarum pensionis reiiciens exceptiones legitimæ incompetentiæ, surreptionis, aut ortas ex ventre gratia, excedit, & ex hoc capite appellatio vtrumque habet effectum. num. 8.
 Exceptiones minus legitimæ & reiiciendas admittens executor excedit, ex hoc capite appellatio vbi licite deferendum est. n. 9.
 Executor admittens exceptiones non admittendas, detrahit iuri privilegato partis, hoc est,

iuris exequendi, eamq. priuat beneficio iuris communis, ob quod datur appellatio. n. 10.
 Grauiamen sat preiudiciale dicitur, quo impeditur via executiua competens. n. 11.
 Executiua via maximum affert commodum. numer. 12.
 A grauiamine illato agenti via privilegiata facilius admittitur appellatio, quam aduersario. num. 13.
 Exceptiones legitime qua executioni sententiæ opponi possunt, in duplici sunt differentiæ. num. 14.
 Aliæ infringunt sententiam, illiq. ex diametro repugnant, aliæ non repugnant directò, sed tantum modificanc, & quales sint in vtroque casu. ibidem.
 Exceptiones omnes indistinctè omnes executores an admittere, & terminare queant. n. 15.
 Executor merus cum sibi committatur nudæ facti executio, & omni liquidata materia, non potest regulariter cognoscere de exceptionibus apposis. n. 16.
 Executor merus non potest cognoscere de exceptionibus apposis labefactantibus sententiam, sed mandatum ad vnguem seruare tenetur. num. 17.
 Exceptiones infringentes & annullantes sententias licet executor non teneatur admittere, potest tamen, si vult, ad effectum supersedendi, & rescribendi duntaxat. n. 18.
 Primo quando exceptio esset notoria, & nondum fuisset in iudicium deacta. n. 19.
 Secunda exceptio excommunicationis opposita petenti executionem. n. 20.
 Tertia exceptio & causa nouiter orta, quam si cognosceret iudex supersederet. n. 21.
 Quarta exceptio falsi rescripti. n. 22.
 Quinta exceptio nullitatis notoria, vbi executio est irrettractabilis. n. 23.
 Executor has exceptiones infringentes sententiam potest admittere, si vult, non tamen tenetur, & ideo à reiectione appellationis interiecta non deferendum. n. 24. 25. & 26.
 Executor mixtus sicut merus, non tenetur admittere exceptiones labefactantes sententias, si non vult. n. 26.
 Executor præcisè tenetur admittere exceptionem infringentem eius potestatem, & vbi datur executio irrettractabilis, aut excommunicationis exceptio, quas si reiiciat executor, libet appellare. n. 27.
 Executor mixtus is dicitur, cui executio committitur, non præcedente causa cognitionis super ijs, quæ incidere solent in viam executiuam. num. 28.
 Executor mixtus non tenetur admittere exceptiones labefactantes sententias, nec reiicientes merita causa. n. 29.
 Executori non quomodo sit lata sententia, sed quomodo

quomodo sit exequenda, pertinet, non quid sit pronuntiandum, sed quid sit pronuntiatum. num. 30.
 Executor non potest factum superioris labefactare. n. 31.
 Executor non potest admittere exceptiones respicientes iustitiam, & causam principalem, sed statim remittit superiori non supersedens in executione. n. 32.
 Executor potest, si vult, admittere exceptiones respicientes nullitatem sententiæ vt remittat & supersedeat. n. 33.
 Executio sententiæ summarie tractatur, & ita nihil admittitur requirens altiore indaginem ad illam impediendam. n. 34.
 Exceptio nullitatis incontinenti probata, ex inspectione actorum, est legitima, & impedit etiam trium conformium executionem. n. 35.
 Exceptio nullitatis ex defectu iurisdictionis etiam trium conformium executionem impedit. n. 36.
 Exceptio nullitatis notoriè impedit executionem opposita coram iudice sententiam ferente, executor autem non tenetur terminare, sed interim supersedere. n. 37.
 Restitutio in integrum quando potest opponi rei iudicata, & suspendit executionem, procedit si opponatur coram iudice, non autem coram executore. n. 38.
 Exceptiones modificatiuas qua directò non infringunt sententiam, sed respiciunt executionem sententiæ tantum, executor mixtus admittere tenetur. n. 39.
 Executor Romana Curia in partibus cognoscit super rebus in quibus est facienda executio pro quantitate debita, & de alijs exceptionibus modificatiuis. n. 40.
 Iudex requisitus pro executione sententiæ quas exceptiones admittat. n. 41.
 Iudex requisitus pro executione executorialium dicitur merus executor. n. 42.
 Iudex requisitus pro executione cognoscit de omnibus exceptionibus modificatiuis, si coram iudice cogit. n. 43.
 Iudex requisitus potest de dominio rei super qua est facienda executio, cognoscere etiam si sit merus. n. 44.
 Iudex ordinarius qui in defectum iurisdictionis arbitri ferentis sententiam exequitur, dicitur mixtus executor, quia omnes exceptiones admittit & cognoscit. n. 45.
 Exceptiones modificatiue nature executionis conueniunt, & ideo admittenda per executores. num. 46.
 L. cum fideicommiss. ff. de confess. expenditur mirabilis ad admittendum exceptiones modificatiuas. n. 47.
 Exceptiones quæ coram ipso executore proponi possunt, & quæ non, sub coram superiori mandante. n. 48.
 Salgado de protect. Reg. Tom. II.

Executor si nolit admittere exceptiones infringentes sententiam ad effectum supersedendi, non excusatur pars illas proponere iterum coram superiore. num. 49.
 Exceptiones legitime à reiectione vt possit appellari, & excedat executor, debet illius probatio incontinenti offerri, non alias. n. 50.
 Executiua & summaria iudicia non admittunt exceptiones requirentes altiore indaginem. num. 51.
 Exceptio legitima vt per executores admittatur, debet vel ex eisdem actis probari, vel conferre incontinenti probationem. n. 52.
 Tertius comparens & appellans ab executione, debet de suo interesse incontinenti docere. n. 53.
 Ab executione appellatio vt operetur effectum suspensiuum exceptionis, probatio debet incontinenti conferri. n. 54.
 Appellatio à reiectione exceptionis ante eius iustificationem, non deuoluit, nec ex sola reiectione iustificatur in quibuslibet iudicijs, & de ratione. n. 55.
 Appellatio à reiectione exceptionis simul oblata probatione, incontinenti statim dicitur iustificata. n. 56.
 Iudex reiiciens probationem incontinenti oblata, ostendit suam iniquitatem contra opponentem exceptionem, cuius malitia presumptio purgatur ex eo. n. 57.
 Tam in exceptionibus dilatorijs, quam in peremptorijs. n. 58.
 Et hoc casu appellatio statim operatur effectum suspensiuum & attentata. n. 59.
 Probationem incontinenti offerens, debet petere terminum breuissimum. n. 60.
 In remed. l. fi. C. de edicto diui Adr. proceditur summarie & executiue, & exceptio requirens altiore indaginem referuatur petitorio. n. 61.
 Quod per interpretationem verborum testamenti probari desideratur, requirit altiore indaginem, quæ referuatur in remed. l. fi. n. 62.
 Exceptio quæ continet aliquam dubitationem iuris vel facti non promptè, liquidabilem respicit proprietatem. n. 63.
 In executiuo iudicio ex l. fi. C. de edicto diui Adr. non admittuntur exceptiones requirentes altiore indaginem. num. 64.
 Exceptiones peremptoria quæ non infringunt, nec directò impugnant, sed modificanc sententiam, possunt vt legitime opponi in eius executione. n. 65.
 Exceptio modificatiua cum non impugnat sententiam, dicitur quid separatum ab appellatione principali. n. 66.
 Exceptiones modificatiue & legitime qua sint. n. 67. remissiuè.
 Exceptio collationis bonorum potest vt modificatiua opponi executioni sententiæ. n. 68.
 Exceptio peremptoria modificatiua semel iudicio

principali & ante sententiam opposita, & à iudice rescisa, in executione opponi non potest. n. 69.

Exceptio modificatiua semel opposita, & terminata in principali, non potest executioni sententiae opponi. n. 70.

Exceptio modificatiua semel opposita in processu ad unum finem, potest ad aliud diuersum in executione opponi. n. 71.

Exceptio peremptoria modificatiua semel processui opposita, non tamen per iudicem super ea pronuntiatu, an executioni opponi possit. n. 72.

Exceptio sumptuum est modificatiua, & admittenda per executorem executioni sententiae, quam directio non impugnat. n. 73.

L. peremptoria C. sententiam rescindi non posse, an loquatur in peremptoria modificatiua. n. 74.

Exceptio retentionis ad eam fauorabilis est, ut etiam post sententiam competat. n. 75.

Retentionis exceptio admittitur in executione, etiam si ea sit processui opposita, non tamen per iudicem terminata. n. 76.

Retentionis exceptio non decisa, etiam in iudicis priuilegiatis opponitur post sententiam, & à rescissione appellatio admittitur. n. 77.

Exceptio impensarum per viam actionis, & exceptionis, in iudicium principale deduci potest. n. 78.

Impensarum exceptionem per viam actionis propositam debet index expresse proponere, alias habetur pro omisa. n. 79.

Impense petite in prima instantia, in ea tamen omisa condemnatio, si in secunda super illis declaratur, erit prima sententia illarum respectu. n. 80.

Et tunc in executione sententiae hac exceptio admittenda est. ibid.

Impensarum exceptio modificatiua in iudicio principali deducta per viam exceptionis, potest iterum in executione opponi. n. 81.

Succumbens in exceptione compatibili cum actione, non prohibetur in aliud iudicium deducere, si de ea non fuerit iudicatum. n. 82.

Absolutio in incidenti quando deducatur per condemnationem in principali. n. 83.

Text. in l. quod in diem. §. citationem. ff. de compensatio. expenditur. n. 84.

Exceptio modificatiua opposita, & non determinata, censetur reservata executioni sententiae, quando est compatibilis cum sententia. n. 85.

Exceptio opposita & non terminata, censetur rescisa, & non admittenda in executione, quando est incompatibilis cum sententia. n. 86.

Sententia lata super principali, intelligitur reprobare incidens, si aliter cum illo non potest subsistere. n. 87.

Exceptio competens obligato ad alimenta, ne conueniatur ultra quam facere possit, est modificatiua. n. 88.

Exceptio augmenti, aut diminutionis bonorum alimentarij, & alimentantis, est legitima, & variatur iuxta augmentum & diminutionem. n. 89.

Quod intellige si incontinenti hac augmenti, aut diminutionis exceptio probetur. n. 90.

Sententia causa cessante cessat & ipsa sententia. n. 91.

Causa sententiae quando redit ad non causam sententia retractatur. n. 92.

Executor ex noua causa potest in sententiae executione supersedere. n. 93.

Rei iudicata cessante causa ex noua causa superueniente, cessat rei iudicata. n. 94.

Res iudicata non facit ius in re que tempore mutantur. n. 95.

Pro intellectu c. tum ex literis. de in integ. restit. qui videndi. n. 96.

Alimenta crescunt & decrescunt crescente, vel decrescente patrimonio alimentati, vel alimentantis, etiam post sententiam & iudicis taxationem. n. 97.

Etiam si taxationi consenserit. n. 98.

Exceptio orta ex ventre sententiae, est legitima, quam si executor reuocet, excedit. n. 99.

Actio & exceptio si oriatur ex eodem actu, à pari procedunt. ibid.

Exceptionibus omnibus sublati per statutum non tollitur orta ex eodem statuto. n. 100.

Exceptio ex ventre sententiae aut instrumenti, obstat etiam non opposita, quia semper loquitur, & simul cum actione praesentatur & deducitur. n. 101.

Exceptio orta ex instrumento prodest si ex eo agatur, secus si ex re iudicata super instrumento, nisi & in illa sit inclusa. n. 102.

Executioni sententiae potest opponi & oriri exceptio proueniens ex mente pronuntiantis. n. 103.

Reservatio iuris facta in sententia, conseruat ius condemnato competens. n. 104.

Ius reservatum est exclusum à sententia & condemnatione. n. 105.

Reservatio iuris est exceptio qua modificat actum, atque omnino admittenda est. n. 106.

Reservatio iuris confirmat non reservatum, & conseruat reservatum, ac si nulla staret condemnatio. n. 107.

Exceptio (non impleuisti ex latere tuo) ut legitima opponitur executioni. n. 108.

Exceptio (tu non impleuisti ex parte tua) oritur ex ventre sententiae, & quandoque potest executioni. n. 109.

Exceptionem (tu non impleuisti) stante, inhibito expeditur contra executionem. n. 110.

Exceptionibus omnibus exclusis non intelligitur exclusio exceptio (tu non impleuisti). n. 111.

Ad effectus plures exceptionis (tu non impleuisti) qui videndi. n. 112.

Exceptio

Exceptio (rei non tradite, & pretij non soluti) eius est nature cuius exceptio (tu non impleuisti) & opponi potest executioni sententiae. n. 113.

Exceptio etiam dilatoria que oritur post sententiam, potest licite eius executioni opponi. n. 114.

Et quomodo intelligatur. ibidem remissive.

Exceptio dilatoria orta post litem contestatam, potest opponi. n. 115.

Res iudicata licet perpetua sit, tamen non obstat agenti ex noua causa superueniente de nouo. n. 116.

Condemnatus ad rei commodatam, aut depositam, aut perditam restitutionem, & eius veram affirmationem, si res deueniat in possessionem Domini, potest de hac legitima exceptione opponere executioni, & admittenda. n. 117.

Aequitas non casus nouum iudicij remedium. n. 118.

Exceptio (quod petis intus habes) opponi potest sententiae. n. 119.

Sententia pro aliquo vitiu heredem ab intestato, rescinditur postea apparente testamento nouiter reperito. n. 120.

Absolutio ex vna causa potest ex alia nouiter conueniens condemnari. n. 121.

Sententiae causa cessante, cessat ipsa sententia. n. 122.

Bona alienata in tertium per illum possessorem, cuius sententia ex noua causa fuit rescissa. n. 123, remissive.

Rei iudicata exceptio quando prodest absolutio ob non probationem actoris in rebus aut personis. n. 124, remissive.

Exceptio defectus mandati aut iurisdictionis, est perpetua, & nunquam censetur exclusio, & obstat etiam tribus conformibus. n. 125.

Sententia sustinetur si reuera adfuerat mandatum procuratoris, licet non praesentatum in actis, de quo etiam post sententiam constet. n. 126.

Sententia erit nulla, etiam si verè adsit mandatum, non tamen productum in actis, postquam fuit de eius defectu oppositum. n. 127.

Acta non valent post oppositionem defectus mandati, nisi in actis exhibeantur. n. 128.

Secus si non opponatur, quia sufficit quandoque de eius vera existentia docere. ibid.

Sententia & acta ut nulla dicantur, non sufficit semel à principio de defectu mandati, opponere, sed in quolibet actu protestari, & repeti, alias sufficit quandoque de eius vera existentia docere. n. 129, & seqq.

Iudicium agitatum cum Monacho constituto procuratore sine licentia superioris, non opposita exceptione an sit nullum. n. 130.

Protestatio ut nihil fiat nisi ad acta de legitimo mandato, debet repeti non à quolibet actu. n. 131, & seqq.

Interlocutoria iudicis declarans falsum & asser-Salgado de protect. Reg. Tom. II.

tum procuratorem legitime comparere, non preiudicat Domino infiso, & potest quandoque de nullitate dicere. n. 133.

Quid si Dominus huius interlocutoria habuisset notitiam. n. 134, remissive.

Exceptio opposita prime solutioni annui redditus, & rescisa, an opponi queat in executionibus sequentium annuorum. n. 135.

Obligatio redditus annui si est unica, pro omnibus prestationibus futuris, unica prescriptio sufficit pro tota obligatione. n. 136.

Singule obligationes si oriuntur pro singulis prestationibus annuis, tot prescriptioes, sunt necessariae, ita ut unica pro omnibus non sufficiat. n. 137.

Annuus redditus debitus ex contractu, regulariter una est obligatio, & actio, & ad heredem transit. n. 138.

Redditus annuus debitus ex contractu cum conditione singulis annis adimplenda, tunc quot sunt anni, tot sunt obligationes. n. 139.

Redditus ad vitam tot continet obligationes, quot praestationes annuae. n. 140.

Tot sunt legata quot annuae praestationes. n. 141.

Obligatio si est unica pro omnibus annuis praestationibus, exceptio semel opposita & rescisa in executione vnius praestationis, non obstat creditori in aliis. n. 142.

Sententia lata in fauorem debitoris super vno annuo redditu, obstat agenti pro seqq. debitis vnica obligatione. n. 143.

Obligationes si tot sint quot annuae praestationes, sententia pro prima pagha non parat plenum praedictum in sequentibus. n. 144.

Causa ex qua sit actum specialiter non expressa, omnes cause petitione comprehenduntur. n. 145.

Debitor annui redditus, si in executione vnius pagha omisit opponere exceptionem illam, poterit opponere in executione aliarum praestationum futurarum. n. 146.

Solutiones decursae nihil inferunt in futurum, quominus opponatur exceptio contra instrumentum aut tabellionem, omisa in prima pagha. n. 147.

Quod procedit siue vnica sit obligatio, siue plures pro singulis annis, quando exceptio omisa fuit in prioribus paghis. n. 148.

Text. in l. 1. C. de fideicommissi. interpretatur. n. 149.

Sententia lata super prima actione, & obligatione annui redditus, ut in posterum praesentatur, vnica sufficit pro singulis annis condemnatione. n. 150.

Exceptio sequestri auctoritate iudicis precipiens debitori ne soluat suo creditori, an impediatur executionem pro ipso debito sequestrato. n. 151.

& quid si debitor sequestrum procurauit. n. sequenti.

& quid aduersus fideiussorem. sub num. 52.

cc 2 Debitor

Debitor interdictus ne soluat suo creditori, si compellatur a iudice cum cautione indemnitate, an solvere debeat decimam executionis. num. 152.

Depositarius de mandato iudicis, reddens depositum an liberetur, & quid si alteri etiam non citato cuius interest, quas diligencias tenetur facere depositarius, & an teneatur appellare. num. 153.

Debitor interdictus per iudicem ne soluat suo debitori, vel quod soluat alteri, an & quando teneatur appellare. num. 154.

Et an debeat contradicere, & omni vi diligentia, ne debitum ab eo exigatur. ibid.

Debitor compulsus alteri solvere quam vero Domino, antequam soluat, tenetur denunciare creditori suo. num. 155.

Debitor in iudicio solvens alteri quam suo creditori, non liberatur si precessit mora soluendi, illi etiam contradicens sequestro debito. n. 156.

Debitor etiam ante moram debet modis omnibus resistere, ne fiat sequestrum, & factum tollatur, alias si sponte soluit & agnovit, non liberatur. num. 157.

Debitor solvens iudici aut apparitori exequenti liberatur. n. 158.

Executor datus ad vendendum & pretium recipiendum, emptor ei legitime soluit, sed executor Domino rei tenetur. n. 159.

Recusata in solutum pro debito data a iudice vel a parte, non agitur ex actione primaeva, quia est extincta, sed utilis ex empto. n. 160.

Re eiusdem in solutum data, an & quando liberentur priores fideiussores & pignora. n. 161.

Creditor rem in solutum accipiens, sit cautus protestari, ut re eiusdem, illa sibi sit actio primaeva, qua fideiussores & pignora non liberantur. num. 162.

Creditor cuiusmodi pignoris debiti non debet, concurrentibus iuris requisitis, & que illa sint. num. 163.

Pignoris venditio legitime facta non impeditur per appellationem debitoris. n. 164.

Intellectus ad tit. C. creditorem cuiusmodi pignoris non debere. n. 165.

Pignore vendito autoritate iudicis in iudicio creditore, indistincte debitor tenetur de cuiusmodi eius. n. 166.

Factum iudicis est factum partis. n. 167.

Sequestrata mula debitoris forensis, si probet non esse suam, sed conductam, restituitur. n. 168.

Sequestris pluribus appositis super eadem re, an prius preferendum. n. 169.

Sequestratæ rei seu pro executione capte an venditio sit nulla. num. 170.

Exceptio litis pendentiæ in executivis non admittitur. n. 171.

Executivam ad viam redire non potest, qui ordinariæ capit agere. n. 172.

Nisi protestetur quod via executivis præiudicare nolit. n. 173.

Rei iudicata exceptio obicitur contra receptatores reddituum, an præiudicet domino principali. num. 174.

Exceptio eadem obicitur cessionario qua cedenti, & etiam intruso, lite pendente, & eadem competit exceptio, qua condemnato per sententiam. n. 175.

IN executivis executionem multæ incidere assolent exceptiones, quæ cum iudicij nature recte conveniant, cunctis aliis exclusis, à iure approbantur selectæ, legitime inde dictæ, & ab executoribus omnimodo admittendæ. ita tenent Bal. in l. ita nobis. C. ad l. iul. de adulteriis. Bar. in l. 1. §. parvi refert ff. quod vi, aut clam. Anto. de Butr. & Decius in c. ex parte. 2. de off. delega. Ab. in c. item cum quis. de restitutione spolia. Angel. de Areti. & Imbol. in l. ff. à quibus appellare non licet. Guido in tract. compulsozialium. Anto. de Cana. in tract. de executio. instr. quest. 3. Iff. in l. si constante num. 83 ff. solu. matri. Socin. in regul. 130. gl. Ab. & reliqui omnes classici in d. c. ex parte. 1. Auenda. in c. correct. 1. p. cap. 16. optimè latèque Parlado. lib. 2. rerum quoti. c. fi. 5. p. §. 11. sub num. 2. vers. alij verò bene etiam nostras Ioan. Garcia de expens. & meliora. 6. c. num. 16. ad finem. iure siquidem legitimum dicitur, quod à lege recipitur atque approbatur. l. legitima. ff. de pactis. l. 3. §. ff. pro socio. Decius conf. 258. nam. 4. volu. 2. Parlado. ubi proximè n. 4. qui propterea dicit econverso, legitimas exceptiones non dici, quas lex reprobat, & refellit, & Ioa. Garcia d. n. 16. ad fi.

Has igitur exceptiones, quas executivæ executioni legitimas iura reputant, iudicijque natura appetit, si executor non admittat, excedit, ab huiusmodi reiectione admittendarum, veluti ab excessu appellationi (quæ legitima est) nec detulerit, violentiam fecisse, declarabit, prout assidue declarat Regium tribunal, ista est gl. celebris in l. ab executione C. quorum appell. non recip. verbo, excedat. ibi, Item idem est, si executor prætermissa cognitione exceptionis, quæ datur alicui in quibusdam casibus, etiam post sententiam, & post quadrimestre tempus, velit sententiam executioni mandare, & c.) optimè Speculator. tit. de appellat. §. in quibus. sub num. 5. vers. vel nisi admittat aliquam. de exceptio. qua post sententiam obijci poss. & c. Bal. in c. quoad consultationem. super gl. verbo, excedat. de senten. & re iud. Alexan. conf. 99. aliàs conf. 92. num. 6. vers. nec inditè pronuntia. num. 6. lib. 2. Castrenf. conf. 289. lib. 1. ad primum respondetur

in prin. Bald. in l. ab executione. num. 13. C. quorum appell. non recipi. vbi Bar. num. 4. & in l. ab executione. num. 2. ff. de appellat. Ruinus consil. 80. num. 2. colum. 5. Anto. de Butr. in c. quoad consultationem. num. 16. vers. quandoque executor. de senten. & re iudic. ibidem etiam Abb. sub numer. 24. versus finem & num. 25. Cardinal. Tusc. pract. concl. 1. tom. concl. 4010. num. 5. & num. 18. litera A. & iterum sub conclus. 101. Vestrius in praxi Roma. Cur. lib. 7. cap. 3. sub num. 9. vers. sed & inter alios fol. 196. & eodem lib. cap. 5. num. 9. Rebus. in tractatu de senten. execut. art. 7. gl. 12. num. 2. vers. potest tamen. & idem Rebus. gl. 14. num. 9. fol. 373. & 380. dicentes, quod si pars opponat contra executionem aliquam legitimam exceptionem, & executor illam non admittat, poterit ab huiusmodi excessu appellationem mittere. idem tenent Casar. Contar. in repetit. vni. C. si de mom. poss. limi. 19. n. 6. & iterum q. 24. n. 10. & 11. Gregor. Tholosa. in tract. de appell. lib. 2. c. 11. n. 14. & sequētib. optimè Cepola in cautela 44. per totam. Philipp. Franc. in c. novit. 43. in prin. n. 1. de appell. Cornuc. conf. 71. colu. penult. in prin. n. 5. lib. 1. Dueñas in regul. 41. limi. 1. Francisc. Ripa in l. qui pro tribunali sub n. 10. de re iudic. Ioan. Ferrar. in tract. de appellat. c. 5. n. 51. & per Alex. conf. 85. num. 6. vers. præterea etiam lib. 5. tenuisse Rotam in vna Salui. interd. 19. Nouem. 1593. coram Penia testatur Marefco. varior. resolu. lib. 2. cap. 112. sub n. 18. qui aliam Rotæ decisionem allegat. & iterum c. 120. n. 48. Petrus Surd. conf. 27. n. 19. quem in id citat Marquesan. in tract. de commiss. p. c. 24. n. 85. tener etiam Casar. Barz. in decis. Bono. 55. Dominus. n. 11. Beroius conf. 32. in causa num. 15. lib. 3. & per eundem Lancelo. Robert. de attempt. 2. p. c. 12. limi. 53. n. 28. Barz. in d. l. ab executor. ff. de appella. sub n. 2. vers. vel non admittendo legitimas exceptiones impediētes executionem, & c. & ad eundem remissivè Roland. à Valle conf. 43. num. 6. volu. 1. Vincent. Caroc. exceptio. 44. n. 90. qui omnes illam constantem conclusionem in hac materia affirmant: posse appellari ab executeore ex capite excessus, à reiectione exceptionis, aptæ ad impediendam executionem sententiæ. quod idem esse intelligendum, in executione instrumenti Cameralis, seu quæcunctigati, cum pari passu ambulent, & de vno ad aliud argumentari, alibi dixi latè, & in specie probat Casar. Contar. ubi proximè d. num. 6. quod ad eod. verum est, vt appellatio sit omnino necessaria, aliàs reiectio transibit in rem iudicatam, vt latius probavi supra cap. 3. ad finem, vbi videre poteris, à n. 243. & supra.

Quibus non inutiliter adde Gigant. in tract. de pensio. quest. 95. & quest. 70. & post Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

Feli. Æmili. Verat. decis. 333. p. 1. Hierony. Gratia. conf. 38. per totum lib. 2. Flores de Mena in pract. quest. questione 12. num. 44. asserentes quod si in executione pensionis vigore literarum apostolicarum executor, seu subexecutor, legitimam aliquam exceptionem obstantem executioni, ortam puta, ex ventre, seu natura gratiæ, incompetentiæ, vel subreptionis, & similes reiicit, excedit, ab huiusmodi excessu appellari licere, quoad vtrunque effectum, cui si executor, seu subexecutor non detulerit, supermū tribunal, ad quod pro delatione recurritur, violentiam facere, deferendum, ac reponendum declaratur, aduertit in individuo Flores de Mena ibi n. 46. & nos diximus supra lib. 3. c. 3.

Hæc conclusio pariter trahenda, & repetenda est in executeore admittente non admittendas, & minus legitimas exceptiones, minusque executionis iudicio convenientes. nam tunc similiter excedit executor, & si ab huiusmodi admissione reiiciendarum exceptionum emissæ appellationi (cū legitima sit) non detulerit, committere leuandam violentiam. tenent Antoni. de Butr. in cap. quoad consultationem. 15. de sententiæ & de re iudic. sub num. 16. vers. quandoque executor. Paul. Castrenf. consil. 289. ad primum respondetur. lib. 1. in prin. & per eum etiam bene Cardinal. Tusc. practi. concl. tom. 1. litera A. concl. 4010. num. 18. & per Anto. de Butr. duntaxat. idem affirmat Sigismun. Scacia in tractatu de appella. quest. 17. limi. 11. num. 13. quod insuper docuit elegans Rotæ decisio sub Robustio 100. p. 1. diuerso. n. 17. detrahitur siquidem iuri partis priuilegiato, & 10 priuatur iuris communis beneficio, hoc est, iure exequendi reterta sua natura, & qualitate propter quod appellatio est admittenda. Speculator in tit. de appellatio. §. in quibus sub num. 7. & facit l. 2. C. si sapius in integ. resti. postu. vide quæ latius dixi lib. 3. c. 17. à n. 46. & cap. 18. à num. 35. & sequenti. Sat enim præiudiciale, & qualificatum grauamen dicitur, quo impeditur via executiua competens, vt dixit Rota coram Cardin. Pamphi. in vna Romana depositi 5. Iunij 1594. prout testatur Gratian. in disceptatio. forens. cap. 262. num. 58. tom. 2. cū maximo commodo priuari dicatur, quod assert vt executiua, vt dicit Alexan. conf. 101. n. 4. vers. est & magnum. lib. 5. Cardinal. Tusc. tom. 3. litera E. conclus. 472. num. 1. à grauamine enim illato executionem petenti facilius appellatio permittitur quoad vtrunque effectum, quam aduersario, vt videre est ex his quæ scripsimus supra lib. 3. cap. 4. à num. 1. cum multis sequentibus, & supradictis adde plures, citatos à Carocio, in tract. de excep. exceptione 44.

sub num. 73. *vers. declaratur secundo.*

14 Ista igitur exceptiones legitimæ, quæ executoribus sententiæ & rei iudicæ, vt à iure approbate, obici, & opponi possunt, in duplici esse differentia, reperio. nam aut sunt exceptiones, quæ respiciunt causam, & negotium principale, sententiâque impugnant, directò detrahunt, & infringunt, illique ex diametro sunt contrariæ, prout exceptio falsitatis, nullitatis, iniustitiæ notoriæ, & similes. aut etenim sunt exceptiones, quæ rem iudicatam non impugnant directò, nec sunt ex diametro repugnantes, sed duntaxat modificatiuæ, moderantes, limitantes, & temperantes in aliquo sententiæ, eius tantum executionem respicientes, & attendentes, aptæ naturæ iudicij, ac viæ executiuæ, aut illæ etiam, quæ aut ex eadem sententiâ, aut post sententiâ denuò oriuntur, de quibus omnibus latius imposterum est agendum.

15 Sed an omnis, & quilibet executor executoriales exequens, de omnibus his exceptionibus agnoscere, admittere, & terminare queat indistinctè, res in statè est, ad cuius siquidem cognitionem plures executorum species constituendæ erunt, ad duas reducendæ tantum, nam aut sunt qui executoriales exequuntur, executores meri, & cum isti dati sunt ad nudum factum,

16 nudumque ministerium, discussaque omni iam viâ executiuâ, causæ cognitione adhibita super exceptionibus, quæ executioni obici possunt, omni que iam eius liquidata materia, nudo factò commisso: nullam exceptionem admittere potest, etiam concernentem executionem, exactissimè supra probaui lib. 4. cap. 3. à prin. à num. 2. & 11. meritò multo minus admittere, & agnoscere poterit eas exceptiones, quæ directò infringunt sententiâ, ac iudicium superioris labefactant, quod nec inferior,

17 nec par facere queit, sed duntaxat ad vnguem adimplere mandatum. ita tenent gl. in cap. pastoralis §. quia verò. verbo, & si fiat. de offic. delegati. text. in l. executorem. & in l. si vt proponis. C. de execut. rei iudic. Bart. in l. à diuo Pio. in prin. num. 10. & ibi Ill. num. 12. cum seqq. alique Doctores ff. de re iudic. Bal. in l. & si non cognitio. versic. nota. C. si contra ius vel vti. pub. Innocent. Abb. & Buttr. in cap. de cetero de re iudic. idem Abb. in d. §. quia verò num. 3. vers. de quinto. decis. Tholosa. 344. & ibi additio ad eam, & est communis opinio secundum Couart. in pract. questio. cap. 16. num. 5. Gregor. Lop. in l. 52. tit. 18 p. 3. verbo Señalado. Menoch. de arbit. lib. 1. quest. 38. optimè Boba. in politi. lib. 2. c. 20. num. 46.

Has autem exceptiones (non quæ respiciunt iustitiam partis tantum, quia hæc transiuerit in rem iudicatam iam) sed eas quæ respiciunt sententiâ, eamque nullam reddunt, licet non teneatur executor admittere; potest tamen, si vult, non ad effectum terminandi super illis, sed super sedendi in executione, confitto de earum veritate, & instructum reddendi superiorem, ad cuius earum cognitio, & terminatio per illum remittenda est, prout est, quando exceptio est notoria, & nondum fuisset in iudicium deducta, præsentibus partibus. Secunda, quando executionem petenti opponitur excommunicationis exceptio. Tertia, si superuenit causa, ratiòque aliqua vrgens, vt nouiter orta, quæ iudicem, si cognouisset, moueret vel ad super sedendum in executione, vel ita non determinasse causam. Quarta, exceptio falsi rescripti. Quinta, quando sententiâ penam corporalem continens exequenda committitur, & obicitur nullitas, vel notoria iniustitia, quia cum sit corporalis pena irretactabilis, debet, & tenetur super sedere, & interim rescribere superiori. quas omnes limitationes per te pedetentim poteris exactissimè videre, plures referentes per Feli. in c. pastoralis. §. quia verò num. 17. de off. delega. Bobadi. vbi proximè num. 47. plenius etiam Menoch. de arbit. iudi. lib. 1. q. 38. à num. 2. cum sequentibus usque ad fi. Ioan. Gratian. in regul. 348. à prin. & de exceptione nullitatis notoriæ dixit post Romanum cons. 51. attentis is num. 1. & alios Scacia de appella. q. 17. limi. 10. num. 38. & sequenti. & circa alias remittit se ad Feli. vbi nos.

24 Ex hoc igitur infero, quòd cum executor possit, si vult, non tamen præcisè de iure teneatur huiusmodi exceptiones admittere, ab earum reiectione appellationi emissæ vim non faciet non deserens, quia non quidquid iudicis potestati relinquitur, id subiicitur iuris necessitati, nec tunc appellatio admittitur, vt latius supra dixi lib. 3. c. 13. à n. 48. & seqq.

25 Et in terminis quòd ab executore nolente admittere exceptiones nullitatis infringentes sententiâ quæ sibi exequenda est commissæ, appellationi emissæ non sit deserendum, tanquam minus legitimæ, cum solum sit per modum meri arbitrij, & consilij, vt executor videns sententiâ notoriè nullam possit reculare executionem, & partes remittere ad superiorem iudicem mandantem, vnde cum non adsit graua- men de eo, quod est in suo arbitrio exequi, & per consequens nõ debet dari appellatio. ita in terminis concludit Anto. de Buttr. in

c. quoad

c. quoad consultationem. colu. 3. post medium n. 16. vers. quas autem exceptiones: de re iud. & in c. pastoralis. §. quia verò colu. 3. post prin. num. 1. 1. vers. ubi autem admittere possit. de off. delega. vbi quod est in facultate executoris, hoc facere, ideo non datur appellatio ad effectum retardandæ executionis, optimè latissimèque & eleganter per valida fundamenta, hanc doctrinam comprobatur Gratia. in disceptatio. foren. 1. tom. c. 146. à n. 3. cum plurimè seqq.

26 Quam quidem doctrinam pariter intellige in mixto executore, qui eodem modo ac merus, non tenetur admittere huiusmodi exceptiones nullitatis labefactantes sententiâ, nisi si vult ad effectum remittendi tantum, vt statim dicemus in vers. qui quidem. à num. 32. & seqq. quod si non fecerint, non poterit ab eo appellari. Et loquendo in mero executore, late post alios comprobatur Petrus Surd. cons. 405. à n. 27. & seqq. tom. 3.

27 Ab hoc excipiuntur duo casus; primus, quando exceptio concernit potestatem executoris, quam, cum præcisè teneatur admittere ad effectum super sedendi, vt supra c. 6. hoc lib. 4. dixi latissimè à prin. item etiam & in executore sententiæ penæ corporalis, cum sit irretactabilis (vt modò dixi) in quibus cum teneatur admittere exceptiones, has præcisè, ab earum reiectione appellationi negans delationem, violentiam facit executor: succeditque regula superius ad prin. adscripta. quibus ego libenter addiderim tertium, scilicet, in exceptione excommunicationis. cum agere prohibeatur à iure, iuxta Felini doctrinam de qua sursum à n. 20. & aliorum ibi.

28 Alij verò sunt mixti executores, quando scilicet dantur præcedente causæ cognitione in negotio, & causâ principali, ex qua fertur sententiâ, non tamen præcessit eadem causæ cognitio in actu executionis, sed delegate sibi sunt executoriales exequenda, nondum liquidata materia executionis, & eorum, quæ in eius discursum incidunt, cuius exactè specialem mentionem fecimus supra hoc lib. cap. 3. post prin. à num. 2. iste igitur non potest, nec tenetur admittere, & terminare eas exceptiones, quæ respiciunt merita causæ principalis, nec eas, quæ infringunt directò, & repugnant ex diametro sententiâ, & executoriales commissas,

30 quia executori huiusmodi non quomodo lata sit sententiâ, sed quomodo exequenda est, cognitio pertinet, non quid sit pronuntian- dum, sed quid sit pronuntiatum. non autem scire, an iusta, an iniqua sit, sed obtemperare, & obedire conuenientibus oculis effectui mandatum tradendo, cum non possit factum superioris labefactare. l. & si non co-

gnitio. & ibi Doctores C. si contra ius vel util. pub. x. puniri. §. si non cognitio 25. q. 2. Bart. in l. à diuo Pio in prin. num. 7. ff. de re iud. c. de cetero. vbi Ab. num. 3. l. si prator in prin. & in §. Marcell. ff. de re iud. Ab. in d. c. pastoralis §. quia verò num. 3. de off. delega. vers. secundo scilicet. Buttr. in d. c. de cetero. decis. Tholo. 444. & eius additionator Bal. in l. 1. C. qui accus. non poss. Ill. cons. 9. lib. 3. Anchara. cons. 224. Ludou. Roma. cons. 336. Amador. Rodrig. de execut. cap. 2. sub num. 40. Anchara in d. c. 1. de re iud. Zafius in d. l. à diuo Pio. §. in venditione num. 5. vers. si non autem sententiâ. gl. in d. c. unica. de sequestr. poss. & fruct. loquens de nullitate, ex incompetentiâ, quam sequutus & generaliter etiam nostram doctrinam Bobadi. in poli. lib. 2. cap. 20. num. 48. & de falsitate est text. in l. dimiss. ff. de re iud. lib. 3. in medio, & in si. tit. 14. p. 3. l. 13. tit. 22. p. 3. & ibi Gregor. Lopez verbo, otroso. Mench. lib. 2. vsque sequen. cap. 36. num. 16. fol. 124.

Hinc cautè lege Ioan. Gratia. in regul. 178. dum firmat executorem mixtum super exceptionibus non iudicare. & quòd quando coram eo opponitur exceptio, quæ quidem post sententiâ poterat opponi, ea non obstante, sententiâ exequitur, quem vel intellige secundum hanc doctrinam communem, vel absolute intellectum omninò reproba, ex mox dicendis.

32 Qui quidem mixti executores licet exceptiones quæ respiciunt merita causæ principalis, ac iustitiam partis, nec admittere debent, nec possunt sed eas remittere statim ad superiorem, ad vltimam interim procedentes in executione, vt præfati probant Doctores: tamen eas, quæ attingunt nullitatem sententiæ, & illam labefactant, possunt illas admittere, non ad effectum determinandi, & pronuntiandi super illis, sed remittendi superiori, vt pronuntiet, & eundem instructum reddendi, interimque super sedendi in executione, si iusta esse, non calumniosas repererint, optimè Feli. in c. de cetero in prin. num. 2. & 3. de re iud. vbi etiam Ab. gl. in c. pastoralis. §. quia verò de off. delega. quam esse communiter receptam, testatur Alexan. in d. l. à diuo Pio. in prin. num. 9. cui omnes assentiunt, vt est videre per Alexan. ibi num. 1. Ill. num. 16. Feli. in d. c. pastoralis. §. quia verò. num. 16. Socin. senior cons. 83. num. 20. lib. 4. Zafius in d. l. à diuo Pio. §. in venditione num. 5. vers. porro sunt. Zuchart. in l. vlt. num. 280. C. de edicto diui Adri. pro qua doctrina expendunt text. famosum in l. si prator in prin. & §. Marcellus ff. de iudicij, cuius interpretationem late, & mirabiliter profequitur Menoch. de arbit. d. lib. 1. quest. 38. à num. 14. cum seqq. & nostram doctrinam late com-

ce 4

probat

probat à num. 9. vltra quos etiam Immol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo obli. Roma. in l. si is ad quem. ff. de acquir. heredit. & Rebuf. in tract. de sentent. executione artic. 7. gl. 12. sub num. 19. vers. si autem tom. 1. fol. 377. Marquesa. de commiss. 1. p. c. 2. 3. num. 11. & 13. prout diximus in limitationibus supra in executore mero, hic repete à num. 18. quæ de appellatione non admittenda ab executore non admittente has exceptiones dixi ibi, ut non sit licita, scilicet à n. 2. 4. & sequentibus. quibus cõuenit, quod intruso, lite pendente, competunt et exceptiones, quæ principali condemnato in sententia, dummodo non impugnent sententiam, ita ex aliis Hieron. Gabr. cons. 52. num. 13. tomo 1.

Ex qua doctrina vtiliter inferas, quod licet exceptio nullitatis in continenti probata ex eisdem actis puta; quæque summarie expediri potest intra breuissimum tempus (quia cum sententiæ executio summarie tractetur, nihil est admittendum requirere altiore indaginem, ad impediendam executionem. l. à Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. sit legitima ad eam impediendam, etiam trium conformium, sitque omnino admittenda Rotæ decis. 280. in nouis. Bart. & omnes in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Afflict. decis. 283. text. optim. vbi Doctores. C. si ex fals. instrum. Alexan. cons. 33. num. 9. lib. 1. Vantius in tract. de nulli. c. quor. & qui. mo. null. propo. poss. num. 32. & omnes Doctores in d. §. condemnatum. Rebuf. in comment. ad l. Reg. tit. de sentent. executione art. 7. gl. 10. num. 4. & n. 8. & contra tres conformes Oldrad. d. cons. 1066. Bal. in l. 1. c. ne lic. 3. prout. Card. & Bonif. in clem. 1. de re iud. Franc. in c. dilecto. de appella. quest. 52. Corneus cons. 204. lib. 2. Inmol. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. noui. Domi. cons. 24. lib. conf. 44. colu. 1. lib. 3. Gratus cons. 72. & cons. 80. & 85. colu. 1. text. optimus, & illic Felin. in c. inter cetera de re iud. lib. 1. num. 8. ff. de noui. oper. num. Curtius Senior cons. 59. colu. 6. Curtius Iunior in l. sub pretextu. C. de transact. Alciat. lib. 1. de verbo signi. colu. 2. 1. Aymon. cons. 3. colu. 1. Ioan. de Ami. cons. 128. quibus conuenit l. veteris. ff. de itine. actus. prius. latè Couarru. in practi. quest. cap. 2. 5. à prin. qui num. 4. infinitos congerit circa exceptionem nullitatis ex defectu iurisdictionis, ut sit licita, & impediatur executionem, non solum vnius sententiæ translatae in rem iudicatam; sed etiam trium conformium, quibus adde Gutier. in practi. quest. ciuili. lib. 1. 96. num. 4. Lancelo. de attent. 2. p. c. 17. num. 103. Anto. Gabri. tract. commun. opinio. lib. 6. tit. de statutis. cons. 3. num. 11. quæ ita intelligas secundum nostram doctrinam, ut tunc impediatur, & obstat executioni, si

opponatur coram ipso iudice principali, qui sententiam tulit, secundum præfatos Doctores, & quæ nos latè lib. 3. cap. 9. à principio. at opposita coram executore non possunt impedire, quia cum infringant sententiam, & directio repugnent, executor cognoscere de eis non potest, nec tenetur admittere ad effectum terminandi (ut dictum est) & idem ius & ex eadem ratione intelligat in exceptione restitutionis petite contra sententiam, ut in casu, quo contra vnam duafve transactas in rem iudicatas, vel contra tres conformes obici, & opponi possit, (de quo latè examinatur per Conar. in pract. cap. 2. 5. num. 7. & exactissime per Ioan. Garciam de nobilit. gl. 6. §. 2. à num. 17. cum seqq. fol. 183. quos vide per te)rum locum habeat, quando coram iudice opponitur talis exceptio, non autem coram eius executore, quia non est modificatiua, sed directio & ex diametro contraria sententiæ, quia agit de ea rescindenda omnino.

At eas omnes exceptiones, quæ non impugnant directio sententiam, nec principaliter eam labefactant, sed illam in parte temperant, aut modificant, quæque rectè naturæ iudicij cõueniunt, & executionem dumtaxat respiciunt, opponunturque ad consequendum id, quod expressè nec tacitè in sententia denegatum non est, quæque possunt obici, debentque admitti, & per executorem cognosci contra sententiæ, & executorialium executionem; executor mixtus præcisè, admittere tenetur. optimè Felin. in c. de cetero in prin. de re iud. & in d. c. pastoralis. §. quia verò num. 16. vers. gl. in verbo, & si fecit. Benedic. Bardi. in reperio. ad eum. verbo, executor mixtus esse ille qui datus est post sententiam exequendam. & vers. sequenti. Bart. in d. l. à diuo Pio num. 8. Sali. in d. l. & si non cogui. colu. penult. vers. aut queritur. Amador Rodrig. in tract. de executione cap. 2. sub num. 40. ante si. Bobadi. in polit. lib. 2. cap. 20. num. 48. Menoch. in tract. de arbit. lib. 1. d. quest. 38. n. 8. & n. 10. Rebuf. in tract. de sententiæ. executione art. 7. gl. 12. sub num. 19. vers. si verò tom. 1. fol. 376. Marquesa. de commiss. 1. p. cap. 23. n. 12.

Quibus quidem cõuenit quod dixit Scacia in tract. de appella. quest. 17. limi. 10. sub n. 50. vers. extende hæc, & c. ut ista nostra doctrina locum habeat, & procedat in iudicibus executoribus de partibus, quibus pars præferat mandatum executium relaxatum per Auditorem Cameræ Apostolicæ, seu ab alio Papæ delegato in Romana Curia, quoniam si actor coram eo citet aduersarium ad videndum subhastari, & deliberari, vendique pignora ad satisfaciendum eidem creditorum in quantitate pecuniæ, ad quam debitor est condem

condemnatus, poterit iste iudex executor, cognoscere de rebus, in quibus sit executio, ad quem pertineant, iuxta l. à diuo Pio. §. super rebus. de re iud. & exceptionibus modificatiuis, non autem quæ respiciunt merita negotij principalis, nec sententiam impugnantes.

- 41 Ad hanc eandem distinctam doctrinam reducendos esse executores, cui committitur executorialium executio in auxilium iurisdictionis, ut puta quando vnus iudex vnus territorij requirit per suas literas requisitorias iudicem alterius, sub quo bona condemnati, vel ad quæ damnantur situata sunt, vel quando per statutum alicui committuntur executoriales exequendæ, ut est videre per Scaciam vbi proximè à num. 47. Rebuf. in tract. de sententiæ. execu. art. 7. gl. 12. sub num. 19. tom. 1. fol. 376. exactissime per Menoch. d. quest. 38. à num. 8. cum pluribus sequentibus, qui licet sit merus executor secundum Boba. in polit. lib. 2. cap. 20. sub num. 47. ad medium. Rebuf. in comment. arys. 2. p. tit. de literis requisitorijs. gl. 3. num. 10. idem etiam affirmat Gratian. in disceptatio forens. cap. 146. num. 7. & sub num. 5. tom. 1. fol. 358. vide Couarru. in pract. quest. 16. à num. 4. tamen cognoscit de huiusmodi modificatiuis exceptionibus, quia exequitur iure proprio, & ex iurisdictione radicata, ex his quæ latè Meno. vbi proximè à n. 14. cum sequentibus, & requirunt suadente, ne partes dilationibus, & expensis vexentur, neque cogantur ire coram iudice committente, suas exceptiones, & allegationes proponere, allegare, testisque, & probationes velere, quod maximum inconueniens est, ex his, quæ in proposito considerat vbi supra Bobadi. & vide supra c. 6. à num. 73. & seqq. quod intellige si nondum liquidata materia sibi est executio commissæ, respectu autem cognitionis super dominio rei, vide vt d. c. 6. à n. 73.
- 42 Illud autem, quod modò diximus: executorem, qui per requisitorias iudicis exequitur; esse merum, contrarium videtur tenere Ab. in c. de cetero num. 4. vers. secundo membro, quem referens sequitur Benedic. Bardi. in reperio. ad Fel. vers. executor mixtus non merus, qui cognoscit de omnibus exceptionibus, quæ in iudicibus in causam sibi commissam quibus respondere poteris, procedere in illis iudicibus, quibus committitur executio post latam sententiam ob defectum iurisdictionis in eam ferente, qui cum exequi non potest, ut sententia lata ab arbitro, quam exequitur iudex, qui de omnibus exceptionibus indistinctè cognoscere potest, prout expressè loquitur Ab. vbi supra, & de aliis, variisque exemplis huius doctrinæ, videre

poteris per Meno. de arbit. quest. 38. num. 67. & 68. & iterum num. 19. Scacia de appella. quest. 17. limitat. 10. à numero 42. cum pluribus sequent. Marquesa. in tract. de commissio. 1. p. c. 23. num. 10. quos per te videre poteris, quia nostri non est instituti breuitatem amantis.

Huiusmodi siquidem exceptiones modificatiuas, cum propriè & directio conueniant naturæ executionis, admittere executor tenetur, prout sunt exceptio, ne quis conueniatur vltra quam facere possit, compensationis, & similes, quæ à condemnato obici, & opponi possunt post sententiam in executione l. Nestorius §. vlti. ff. de re iud. si fideiussores. §. idem respondit. ff. de fideiusso. l. ex diuerso. §. si. ff. solu. mat. Bart. per text. ibi, in l. 1. c. de iur. & facigno. vbi Ill. num. 15. Menef. de Padill. num. 36. Bar. in l. à diuo Pio. in prin. num. 8. ff. de re iud. Boer. quest. 33. num. 18. Ioan. Garcia de expens. & meliora. cap. 6. n. 15. l. 2. c. de compensatio. l. si cum mili. ff. eodem tit. gl. vlti. in c. Ioannes de fide instrum. quam probat Ab. in c. exceptiones num. 18. de exceptio. Afflict. decis. 121. num. 3. Medicis de compensatio. 2. p. quest. 25. num. 10. Alexan. cons. 12. num. 13. volu. 2. Rebuf. 1. tom. ad leges Gallicas, tit. de liter. obligatorijs, gl. 9. num. 39. Gregor. Lopez in l. 20. tit. 14. p. 5. Cifuentes in l. 64. Tauri quest. 10. Auiles in c. 10. prout. gl. verbo, execution. num. 7. Didacus Perez in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordi. vers. quæro vtrum exceptio. fol. 632. Ioan. Gutier. de iur. confir. 3. p. cap. 6. num. 2. & seqq. Corneus cons. 147. colu. 4. volu. 2. Ill. in l. si in area. in prin. ff. de condit. indub. Bertran. cons. 15. colu. penult. in prin. volu. 1. Afflict. in c. 1. §. si vassallus hic fin. lex. Car. & Gozadi in conf. 86. in prin. latè prosequitur Roland. à Valle cons. 28. n. 3. & seqq. volu. 1. Aymon. cons. 148. num. 2. Tiraquel. de retr. conuentio. §. 7. gl. 1. num. 14. Beneicent. decis. 77. num. 1. Alexand. cons. 85. n. 6. lib. 5. Pertanus de spolio lib. 4. n. 63. Gallef. de oblig. camer. 4. p. quest. 2. num. 12. Butatus cons. 66. num. 3. lib. 1. facit Lancelo. de attent. p. 3. cap. 2. 5. quest. 29. num. 10. latissime, & eleganter prosequitur Marfeor. variar. resol. lib. 2. cap. 112. à num. 18. cum pluribus seqq. & cap. 121. à num. 46. quibus in locis plures adducit decisiones Rotæ in hoc proposito.

Et pro hætenus dictis non omitam expendere rotundum textum in proposito famosum, in l. cum fideicommissum. ff. de confessis, vbi in hæc eleganter Iurec. loquitur: Cum fideicommissum peteretur, heres confessus est, debere, arbiter ad restituendum datus, comperit, nihil deberi, quantum est; an possit absolueri: respondi, posse. interest enim, quæ ex causa nihil debeat; nam si ob

obid, quod nullum fideicommissum relictum fuerit, non debere eum absolueri. si vero, quia testator forte solvendo non erat, aut quod haeres res omne solutum esse, apud praetorem dixerat, & cum controuersia, & computatio difficilior esset, arbitri datus fuerit saluo officio, eum absoluerunt. has enim partes eius esse, ut si in computatione nihil inueniat, possit absolueri; sed ex superiori casu ad praetorem remittere debeat, ut absoluat. Hactenus de aurea, & mirabili dispositione, quam exclamant ibi gl. Paul. de Cas. & ceteri Doctores, eius meminit Bart. in d. l. à diuo Pio. in prin. num. 8. Fel. in d. c. de cetero. num. 3. Illi super eadem num. 12. in fi. Menoch. de arbit. d. lib. 1. q. 38. num. 9. in fi. & num. 10. in finalibus verbis, ex qua deducunt, & apparet, executorem datum ad executionem sententiae, non posse terminare exceptiones infringentes merita causae principalis, sed debeat eandem remittere iudici superiori, ut iudicet, & determinet, licet bene possit exceptiones, quae respiciunt executionem duntaxat, modificari scilicet, computatorias, ac liquidatorias, secundum quod sursum late probaui, quas quidem omnes exceptiones modificatiuas, si executor mixtus reiciat, excedet, & à reiectione appellationi non deferens vim facere manifestam, declarabitur, ex iam dictis à prin. huius capituli.

48 Ex quibus primò deducitur, ut ad hanc doctrinam sit reducendus Casus Contardus in repeti. l. vni. c. si de mom. poss. fuer. appella. limi. 19. num. 2. 4. in fi. & num. 2. 5. & Decius in c. interposita. num. 7. de appella. dicentes ut harum exceptionum oblatio, & oppositio debeat fieri coram iudice superiore mandante, non coram executore reddentes rationem; quia ipse non tenetur recipere informationes, ut intelligantur non de exceptionibus modificatiuis, quia coram ipso executore sunt proponenda, probanda, & determinanda tanquam non informantes, sed de aliis exceptionibus vel respicientibus merita, & iustitiam negotij principalis, vel directò repugnantibus sententiam, licet quae respiciunt nullitates ad effectum superfedendi, si forte vult executor ad effectum remittendi superiori, bene possunt coram ipso proponi, quia valet (si vult) de eis cognoscere ad praedictum effectum ex supradictis, si tamen eas executor admittere non vult, cum non teneatur,

49 non excusatur pars iterum eas coram superiore proponere, & haec voluit dicere Scacia de appella. quest. 17. limi. 10. num. 37. prout ex eius mente colligitur, & clarius cognoscitur, quia Decius ibi expresse loquitur in mero executore, prout etiam Philip.

Franc. in eodem c. interposita sub num. 4. limi. 5. in fi.

Secundò deducitur, quod huiusmodi 50 exceptiones legitimas, quae opponi possunt executioni executorialium, de quibus & cognoscere, & terminare, quae executor, & à reiectione earum appellatio admittatur ex iis, quae diximus ad princ. huius cap. est intelligendum, quando excipiens offert se velle incontinenti probare eandem exceptionem, vt secus sit si non offert incontinenti se probaturum, à reiectione, appellationi tunc executor deferre, non tenetur, ita docet Contard. in l. vni. c. si de mom. poss. limi. 19. num. 2. 3. & isto intellige modo Scacia in tract. de appella. limi. 17. limi. 10. n. 3. 5. rationem reddentes, quia cum sumus in iudiciis summaris, & executiuis, non admittuntur exceptiones requirentes altiore indaginem, vt & iterum probat Contard. ibi. d. limi. 19. num. 2. 4. ac ita debent vel ex eisdem actis, vel incontinenti probationi offerre, & admittantur. Alexand. conf. 9. colu. 3. vers. hodie tamen, & c. colu. 2. optimè Marant. de ord. iudi. 6. p. 3. & ult. act. tit. de executione sententiae num. 3. 6. fol. 66. 1. & loquens in executoribus Apostolicis, bene aduertit Flores de Mena in practi. quaestio. q. 12. sub n. 44.

His rectè conuenit, quod quando tertius 53 comparat, & appellat ab executione, tenetur non solum docere de iusta, & legitima causa, puta, propter suum interesse, sed debet etiam, de eo docere statim, & incontinenti, scribunt Angel. Arcti. in l. à sententia. sub num. 1. ff. de appella. & Couarru. in practi. quest. cap. 16. sub num. 1. Contard. in d. l. vni. c. quest. 2. 4. num. 1. 1. vers. intellige. quae oblatio probationis incontinenti necessariò requiritur, ut appellatio emissa operetur effectum suspensiuum, & vt executor in executione superfedat, ne ulterius procedatur, docet Couarr. loco proxime citato num. 1. in fi. & in his terminis etiam loquuntur gl. in c. veniens. 38. verbo, incontinenti. & Innocen. ibi num. 1. de testibus. Boerius decis. 79. breuiter. num. 1. Achilles Personalis in tract. de adipis. poss. sub num. 34. vers. vel & quae tom. 3. p. 2. fol. 2. 69. Sigismund. Scacia de appella. quest. 17. limi. 6. memb. 4. sub num. 108. vers. declara. hanc ampliationem. & diximus post alios infra cap. 8. à num. 99. & sequentibus.

Cuius est farina, quod opponens (generaliter loquendo) aliquam exceptionem, non dicitur quis grauatus, eo ipso quod iudex illam reicit, nec appellatio ab huiusmodi reiectione iustificatur, nec dicitur proposita ex legitima causa, nisi aliàs coram 55 superio

superiore excipiens, probet legitimam, & veram exceptionem, aliter atque non deuluit appellatio, etiam si prima fronte appareat, esse vera, quia potest esse apparenter vera, & in se legitima, sed tamen ficta, & non existens in casu suo, & sic esset oppositio, & exceptio calumniosa, quam iudex reiciendo, non solum non grauatur, sed prudenter facit, cum suspicatus sit, malitiosam esse, (pro quo in dubio praesumitur) text. est in c. interposita 70. de appellat. vbi optimè Anton. de Butr. num. 1. & sub num. 5. & 10. Ab. nota 1. num. 2. & n. 1. Philip. Franc. num. 1. vers. tenementi. 1. & vers. tenementi aliam. Decius num. 1. Cardinal. Alexandri. nota 1. num. 1. per quos late prosequitur Scacia in tract. de appella. q. 1. n. 6. 1. & seqq. quos pro limitationibus consulto.

56 Tamen quando quis opponit exceptionem, & simul se offert incontinenti probaturum, quam iudex non admittit, & ab huiusmodi exceptione, & probatione reiecta, appellatio emissa dicitur statim iustificata absque alia probatione, quia non admittendo probationem legitimam exceptionis incontinenti oblatam, non potest iudex excusare, quod non grauauerit, quia praesumpta malitia contra opponentem purgatur ex eius oblata probatione incontinenti, vnde reiciendo illam ipso facto ostendit iniquitatem suam contra excipientem, & ideo non est necesse aliter probare veritatem exceptionis, quae siue vera sit, siue apparens, & falsa, ficta, aut calumniosa, non attenditur, quia iam iudex grauamen intulit, ita probat d. c. interposita in fi. prin. de appellat. vbi Ab. nota. vlt. num. 3. & nu. 4. & Franc. sub num. 1. colu. 1. vers. 4. & vltim. vers. verum quando excipiens obtulit. colu. 2. & ceteri Canonista ibi, Lancelo. Robert. de attenta. 2. p. cap. 12. limi. 1. n. 38. & 39. 40. & 41. & tam in exceptionibus dilatoriis, quam in peremptoriis. Anto. de Butr. in d. c. interposita sub num. 10. ibi, secundo quod exceptio. & Philip. Franc. num. 4. vers. in gl. in verbo si offerens. de appella. Sigismund. Scacia vbi proxime num. 69. qui num. 70. hoc casu dicit, statim huiusmodi appellationem causare suspensiuum effectum, & per consequens attentata, Anto. de Butr. vbi proxime num. 7. vers. versus finem colu. 3. & sub num. 10. fall. 3. Philip. Franch. sub n. 4. colu. 4. limi. 7. Feli. in cap. 1. sub num. 2. de appellat. Ab. in d. c. interposita sub num. 6. vers. non tamen tenementi. Decius num. 1. & de communi opinione testantur Ab. in d. c. interposita d. num. 6. & ibi Cardina. Alexan. sub num. 4. fall. 8. Lancelo. de attenta. 2. p. c. 12. d. limi. 1. à num. 36. cum seqq. vsque ad num. 44. sed offerens hanc probationem inconti-

57 nenti, debet petere terminum breuissimum, 60 vt inquit Ab. in d. c. interposita num. 7. quem sequitur Scacia vbi proxime sub num. 79. d. quest. 1. 1.

Quò pertinet, quòd cum remedio l. fi. C. de edic. Diui. Adria. procedatur summarie, & executiue per inspectionem Scripturae testamenti non cancellati, non admittuntur exceptiones, aut probationes altiore indaginem requirentes, sed reseruantur peritorio, quod multis comprobatur Rolan. à Valle conf. 10. num. 7. 1. & tribus seqq. lib. 1. allegans d. l. fi. & Decij consilium 424. colu. fi. & 467. colu. penul. vbi inquit Decius, quòd si fideicommissarius, qui offert incontinenti, probare fideicommissum per inspectionem testamenti, cum non fit in eo nominatus, si per interpretationem verborum, quae in testamento 62 habentur, vellet eius intentionem probare, talis probatio non est admitenda in hoc remedio executiuo, sed reseruari debet in alio iudicio, cum requiratur altiore indaginem. Petr. Suard. conf. 2. 6. 3. tom. 2. quod summe esse notandum, dixit Domin. in del. Castillo quotidiana. contro. lib. 3. cap. 2. 4. num. 9. 3. qui num. sequenti dixit, quòd exceptiones ad effectum proprietatis & dominij respiciunt, si ob aliquam dubietatem iuris, vel facti, 63 non facile, & promptè sint liquidabiles, sed causae cognitionem requirant, relinquuntur alteri iudicio, & interim, remoto contradictore, non suspenditur executio sententiae in illo remedio, & reus constituitur, dicit esse casum in d. l. fi. ipse sequutus est illum referens in hoc idem Peregrin. de fidei. artic. 48. num. 2. 9. & quòd in hoc iudicio executiuo ex l. fi. non admittantur exceptiones, 64 & probationes, quae requirant altiore indaginem, testantur Alciat. conf. 389. quest. 1. num. 4. Parisius conf. 10. num. 30. lib. 2. Decius conf. 3. num. 12. Ioa. Fla. de Ponte conf. 20. num. 2. 3. Ioannes Philip. ad tit. C. de edic. diui Adria. in vers. putat tamen B. Parlado. rerum quoti. lib. 2. cap. 5. num. 2. 5. Achilles Personal. de adipis. num. 409. Menoch. de adipis. rem. 4. num. 689. & à num. 753. cum seqq. Berol. conf. 46. & 57. lib. 2. Bertaz. conf. 52. colu. vlt. Orzasc. decis. Pedemon. 2. 3. Cardin. Tusc. practi. concl. tom. 3. litera E. concl. 409. fol. 3. 4. 5.

Tertio & insuper ex supradictis infero, 65 quòd cum exceptiones peremptoriae, quae non infringunt, nec impugnant directò sententiam, sed limitant, restringunt, & modificat duntaxat, etiam post sententiam opponi rectè possint in eius executione, praesens admittenda sint, ultra allegatos superius, vers. huiusmodi siquidem, & c. num. 46. probat Ill. in l. 1. c. de iur. & fac. ignor. Feli. in c. subort. in princ. de re iudi. & in c.